Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Iste homo natus est princeps fratrum: Lectio 2. Sap
firmamentum gentis: rector frm: stabilimentum ppli
Quasi ignis effulgens: et thus ardens in igne. Quasi
nubes aurori solidum: ornatum omni lapide pretioso. Quasi
oliua pullulans: et cipressus in altitudine se tollens:
In accipiendo ipm stolam gloriae: vt vestiret eum in con
sumatione vsqz ad: In ascensu altaris sancti: gloriam
dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de
manu sacerdotum: et ipi stantes iuxta aram circa illum.
Corona frm quasi plantio cedri in monte libano: sic
circa illum steterunt qui erant pulne oblatio autem dni manibus
ipoz coram omni synagoga israel. Et consumatione fungens
in ara: amplificare oblationem excelsi regis: porrexit mat
num suam in libationem. et libauit de sanguine uue effudit
in fundamento altaris odorem diuinum excelso primapi.

In illo tpo Misit iesus duodecim Secundum matth
discipulos suos: precipiens eis et dicens. In viam gentium ne abieritis. et in ciuitates samaritanoz ne intraueri
tis: Sed potius ite ad oues que perierunt domus israel. Euntes autem predicate dicentes: quia appropinquauit regnum celoz.
Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate:
demones eicite. Gratis accepistis gratis date. S matthm

In illo tpe dixit dns. Quid vobis videtur. Si fuerit
alicui centum oues et errauerit vna ex eis: Nonne
relinquet nonaginta nouem in montibus et ibit que
rere ea que errauit. Et si contigerit vt inueniat eam:
amen dico vobis. quia gaudet super ea magis quam super
nonaginta nouem que non errauerunt. Sic non est voluntas
ante patrem vestrum qui in celis est: vt pereat vnus de pusillis
istis. Si autem peccauerit in te frater tuus: vade et corripe
eum inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus
eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum
adhuc vnum vel duos. vt in ore duoz testium vel trium